

AD SERENISSIMUM  
CELSISSIMUMQUE PRINCI-  
PEM, D. HVLDRICHVM, NORVE-  
giæ Hæredem, Ducem Slesuigiæ, Stormariæ, VVa-  
græ, & Dietmarsiæ, Comitem Oldenburgi, & Del-  
menhorstæ, Primarię Ecclesię Magdeburgensis, &  
Argentoratensis Canonicam, Friderici II.

Regis Danorum potentiss. Filium  
inclytum,

NICOLAI REVSNERI  
Præfatio.

**A**VREOLORVM libros aliquot  
in publicum emissuro, HVL-  
DRICHE Princeps Serenissi-  
me, visum fuit mihi facien-  
dum: vt singularem hunc librum Em-  
blematum seorsim excusum præmitte-  
rem: Iconibus ornatum eleganter affa-  
bréque depictis; & rudi Minerua (quod  
aiunt) breuiter à me descriptis, aut sal-  
tem leuiter adumbratis. Studui enim  
in his maximè, quoad potui, breuitati  
ac perspicuitati: quod simul vtrunq; præ-  
stare quàm sit operosum & difficile: sa-  
tis profectò ostendit veteris Poëte illud: